

duobus annis et medio ^{supra} vaccas ad fetum et boves
 ad arandum inutiles deputari et servari ^{faciet} ad opus
 eiusdem hospicii. et de porcis ipsis eam quantitatem debito
 tempore salliri ^{facere} faciet, quam viderit expedire. reliqua
 vero victualia et legumina, que ultra quantitates pro hospi-
 cio et predictis aliis oportunas in massariis supererint,
 procurabit et sollicitabit vendi congruo tempore in portibus
 cum iure exitus per illum, quem dominus rex statuet. et
 idem fiat de victualibus et leguminibus ut dictum est
 pro hospicio deputatis, in eo ^{scilicet} casu, quo dominus rex
 infra eundem annum moraturus non sit in loco, ubi
 habilititer et ^{utiliter} victualia et legumina ipsa pro usu
 hospicii haberi valeant. Idem etiam fiat de animalibus
 massariarum senibus et inutilibus ad fetum et labo-
 rem eo tempore quo dominus rex absens de regno vel presens
 tam remotus esset quod animalia ipsa ad curiam ^{utiliter}
 duci non possent, de qua quidem venditione tota, que, ut ^{predi-}
 citur, fieri debet, senescallus in ^{informacione} et ^{consciencia}
 faciet domino comiti camerario ratione pecunie exinde
 proventure. horum autem omnium ^{predictorum} executio
 fiet per litteras regias, ubi litteris opus fuerit, que quidem
 littere fient in ^{competenti} forma per ^{magistros} ^{rationa-}
 les cum domino rege ^{actu} in curia sua ^{morantes}
 de quorum consilio et ^{consciencia} debet ^{procedere}. Item
 sciet ante tempus locum, in quo dominus rex ^{subire}
 voluerit. secundum tempus more ^{protrahende} ibidem ^{pro-}
 videbit de ^{predictis} rebus ^{necessariis} pro usu hospicii
 ad idem tempus; et ^{habitu} de massariarum fructibus ad
 litteras regias quas ^{magistri} ^{rationales} ad ^{sua} ^{requisicio-}
 nem facient, his, que ^{utiliter} et ^{habilititer} haberi poterunt,
 habito respectu ad locorum ^{distanciam} et ad rerum ^{valorem},

[abate!
 [2] promissio